BEATVS RHENANVS IOANNI FROBENIO COMPATRI SVO S. D.

ROgas, ut, q̃n primũ Theodori librum græcanicis typis impreſſurus es, nõ te cælem, ſi quid in hoc poſt primam illam æditionẽ a doctis ſit adnotatũ. Non enim ignoras q̃ infeliciter exẽplaris uitio forſan, Theodori quatuor grammaticæ inſtitutionis libros Aldus euulgarit. Porro reliquis quidem in libris crebrius, in hoc primo minus aberratũ eſt, q̃ illic res difficilior ornatioribus etiã uerbis tractet̃, hic u͛o prima grãmatices rudimenta ſuapte luce facile cognobilia. Quanq̃ ubiq; Theodorus Ariſtotelem feliciſſime, q͛d ad ſtilum attinet, imitat̃, breuis, acutus, & mere atticus. Sunt autẽ errata leuicula quidem & de quibus iſtos monere qui Theodorũ pueris græce prælegent, iuuerit ſane q̃ puſillũ, at nihil obfuerit. Poſt diuiſionẽ literarũ non longe ab initio. ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων, διηρημένων legunt. Pagina quinta πάθη τοῦ ω. poſt αἱ λητοὶ τῆς λητῶν, addunt reliquos caſus ταῖς λητοῖς, τὰς λητούς, ὦ λητοί. Pag. ſexta. ὑποκοριστικόν. poſt κρεάδιον addunt tanq̃ omiſſum τὸ δὲ εἰς υφιον, ut ζωΰφιον. Eadẽ pag. παρεπόμενα δ' ἔχει poſt ἔγκλισιν addunt καὶ συζυγίαν. Pag. ſept. τρίτη δὲ ἡ τοῦ poſt ὁ ἀόριστος ἤκουσα addunt ὁ παρακείμ. ἤκουκα. Eadẽ paulopoſt, ΜΕΣΑ. ubi legit̃ ὁ β ἀόριστος ἠκοόμην legũt ἠκουόμην. Paulopoſt. τετάρτη δὲ ἡ διὰ addunt τοῦ, ſic legẽtes τετάρτη δὲ ἡ τῶν διὰ. Pag. octaua. πέμπτη δὲ τῶν ubi legit̃ τῷ δὲ ἀπὸ τοῦ διὰ τοῦ εω legunt τὸ. & poſt aliquot uerſus. καὶ εἰς αὐτὸ γίνεται, legunt γίνονται. Ibidẽ ἐνεργητικὰ poſt ὁ παρατ. ἐτίθην addunt ὁ ἀόριστος. ά ἔθηκα. Ibidem. ΜΕΣΑ. poſt ὁ παρατατικ. ἐτιθέμην addunt ὁ ἀόριστος. ά ἐθηκάμην. Ibidẽ ὁ παρακείμ. τέθειμαι, legũt τέθεμαι & mox ὁ ὑπερσυντ.

ἐτεθείμην, legunt ἐτεθέμην. Ibidem. ΜΕΣΑ poſt ὁ παρατατικ. ἱστάμην, addunt ὁ παρακείμ. ἕσταμαι. Ibidem paulo inferius. ΕΝΕΡ. ὁ ἐνεστὼς ζεύγνυμι addunt ὁ παρατατικ. ἐζεύγνυν. Ibidem. κλίσις μὲν δὴ χρο. ubi legitur δηλονότι τῶν ἐνεργητικῶν ἀφ᾽ ἑκάστων addunt ἕκαστα, ſic legentes ἕκαστα ἀφ᾽ ἑκάστων. Pagina decima τὸ ὑποτακτικὸν ἐὰν τύψωμαι in fine poſt τύψωνται addunt τὸ ἀπαρέμφατον τύψασθαι. Pagina decimaquarta. παρακείμ. τὸ ὁρισ. τέθειμαι, τέθεισαι legunt τέθεμαι τέθεσαι, ubiq; ει diphthongi loco, uocalem ε ſupponentes. Pagina decimaquinta. ἐνεργ. ἐνεσ. τὸ ὁρισ. ἵστημι &c. τὸ ἀπαρέμφατον ἱστάναι legunt στῆναι. Pagina decimaſexta. ὅτι τὰ εἰς μι legunt ἔτι. Ibidem ὅτι τὰ τῆς τρίτης, legunt ἔτι. Pagina decimaſeptima. ἰδία δὲ τὰ ε καὶ συναίρεσιν. expungunt καὶ. Ibidem ὅτι ἐπὶ τῶν παθητικῶν, legunt ἔτι. Eadem pauloPoſt. ταῦτα γὰρ παρεπόμενα, legunt τὰ γὰρ παρεπόμενα. Pagina decimanona ubi legitur poſt ταῦτα, ὦ ταῦτα. ΑΝΑΦΟΡΙΚΑΙ tituli loco poſitū, expungunt ΑΝΑΦΟΡΙΚΑΙ. Pagina uiceſima τὸ δὲ ποιότητος, ubi legitur ἃ δὴ καὶ μεσότητος εἶναι λέγεται. expungunt εἶναι. Hæc, ut tibi morē gererem, mi Frobeni, codice meo curſim euoluto, obiter enotaui. Neq; enim per occupationes, quibus nunc diſtringor, curioſius inſpicere licuit. Tuum fuerit de his ſtudioſos commonere. Bene Vale, & rem literariam optimis autoribus emendatiſſime procudendis, ita ut cœpiſti, iuuare perge. Baſileæ, ex ædibus noſtris. Sexto Calendas Nouembris. AN. M. D. XVI.